



1.

Fundite Musicolæ lugubrem fundite fletum,
Viq; ni vis lacrumæ more madentis eant.
Vester enim Ductor celebris, Promotor & Auctor,
Deponit vitæ tædia, fata subit.

Dicite Bojorum Magnates atq; **BARONES**
Lugubri cantum dicite, quaeso, modo.

Vester enim frater, cognatus, fidus amicus
Dixit supremum, voce gemente, Vale.

Dicite concives, Tecinæ flebile carmen,
Cum senibus iuvenes, turba tenella simul.

Ipsè **PATER PATRIÆ** vixit: Regionis & arbor
Densa suis folijs jam viduata jacet.

Templa, Scholæq; dolent, discentes atq; docentes:
Pectora luctifico plena dolore gemunt.

HEROS BUNIADVM generoso sanguine clarus,
Antiqua & cecidit nobilitate grauis.

Büniadam solenne decus: fama inclyta stirpis,
Emeriti ponit corporis exuuias.

Frater & Agnati, patrueles atque sorores
Exequias celebrant conueniendo pias.

Tirmizkua viro viduata, & **NOBILIS ANNA**
De **MILEN** lacrumis spargit, ut imbre, genas.

Filia, tres fratres, **GVNTER**, biniq; **RV DOLPHI**,
Singultum deflent ore sonante **PATREM**.

N

Sub.

